



M. ANTONII  
SABELLICI,  
RERUM VENETARUM  
AB URBE CONDITA,  
DECADIS PRIMÆ,  
LIBER VI.



Ierofolyma, quam & *Urbem sanctam* libet appellare, arduo, quemadmodum accepimus, sita est loco, arduisque montibus fere undique vallata: neque fontibus ullis, neque fluminibus, præter Siloam (quem alii fontem, in quibus est Iosephus, alii amnem esse dicunt) irrigua. Hic vero, quem ne amnem quidem ob aquarum inopiam jure appellare possis, montem Sion perstringens, vallem, quæ Josaphat dicitur, mediam interfecat. Ager urbi circumjectus aridus est & fiticulosus: atque ideo cisternis pluviam aquam

1099  
*Ierofolymæ descrip-  
tio.*